

## Band VI., Nr. 1717, Seite 120

*Graf Wolfrad der ältere von Veringen überlässt dem Kloster Kreuzlingen sein Eigentumsrecht an den Besitzungen zu Bitzenhofen, welche sein Eigenmann, Ritter Heinrich von Kappel, um 21 Mark Silber dahin verkauft hat.*

Ohne Ortsangabe, 1263. Mai 27.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Wolvradus nobilis vir senior comes de Veringen salutem in domino Iesu Christo et noticiam subscriptorum. Suadet pietas et iusticie monet equitas, ut servi dei divinis obsequiis deputati a nobis humiliter foveantur et auxilio muniantur. Noverint igitur presentes et pateat futuris, quod, cum Hanricus<sup>a</sup> miles dictus de Capella, qui nobis iure proprietatis pertinere dinoscitur, possessiones suas sitas in Bizenhouen quadam necessitate sibi incumbente coactus vendere cogitasset et ipsas reverendis in Christo . . . abbati et conventui de Cruzilingen<sup>b</sup> nomine ipsius monasterii pro XX<sup>ti</sup> una marca puri et ponderati argenti cum omni iure, quod sibi in eisdem competebat possessionibus, simpliciter tradidisset et absolute, nobis predictus miles humiliter supplicavit, ut prefatam donacionem sive tradicionem ab ipso tam simpliciter factam ratam haberemus et firmam. Ad cuius petitionem nos humiliter inclinati devocionem antedicti conventus respicientes talem donacionem, quam etiam manibus nostris firmavimus, ratam cum presentium protestacione promittimus habituros et omne ius, quod nobis in prefatis competebat possessionibus, ad predictum monasterium duximus transferendum. In c[uius] facti testimonium presentes litteras nostro sigillo roboratas sepefato monasterio duximus conferendas. <br> <br> Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. III., indictione VI<sup>a</sup>., VI. kalendas Iunii.

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An der Urkunde das runde Siegel des Ausstellers, 61 mm (IV. A. 2): In einem Schild drei Hirschstangen mit je vier Enden, quer linkshin übereinander; um den Schild herum Sterne, Kleeblätter und Lilien als sphragistische Beizeichen; von der Umschrift noch erhalten: + SIGILL . . . MITIS . WOLVRAT . . . N.

<sup>a</sup>So die Urkunde.

<sup>b</sup>Es steht *Cruzi lig.*

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Kreuzlingen

**Signatur/Titel des Originals:**

Archiv des Klosters Kreuzlingen

**Regesten:**

Pupikofer: Regesten Stift Kreuzlingen, S. 13, Nr. 74.

**Literatur:**

Mitteilungen Verein Hohenzollern, Bd. 2 (1868/69), Tafel Nr. 1 (Abb. des Siegels).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bitzenhofen Wohnplatz (18149) <br> Bitzenhofen, Oberteuringen, FN <br> Kappel Wohnplatz (20942) <br> Kappel, Horgenzell, RV <br> Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz <br> Veringenstadt SIG <br> Veringenstadt Gemeinde (21373)